



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 37. De Domitiano Cæsare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

hominibus exureret. Titus amphitheatrum Romæ adificauit, & in dedicatione eius quinque millia ferarum occidit. Romanæ Ecclesiæ secundus Episcopus Cletus an: XII. Titus vniuersam Galliam circuiuit, & Auentico ciuitatem, quam pater inceperat, expleuit, gloriose, eò quod eam diligebat, ornauit, Titus Romam rediens morbo periit in ea villa qua pater suus.

REGnauit DOMITIANVS annos XV. & menses v. Titi frater iunior fuit. Domitiani vxor Augusta appellatur. Domitianus eunuchos fieri prohibuit. plurimos Senatorum Domitianus in exilium mittit. Domitianus templum sine Ignorum administratione construxit. Primus Domitianus Dominum se & Deum appellari iussit. Duos menses aliter appellari fecit; Septembrem, Germanicum; Octobrem, Domitianum. Domitianus plurimos nobilium exilio damnauit atque occidit. Domitianus de Dacis & Germanis triumphauit. Domitianus tantæ superbie fuit, vt aureas & argenteas statuas sibi in capitolio poni iusserit. Domitianus multos nobilium perdidit, quosdam vero in exilium misit. Secundus post Neronem Domitianus Christianos persequitur: & sub eo Ioannes Apostolus in Pathmos insulam relegatus Apocalypsin scripsit. Domitianus rursus philosophos & mathematicos Romæ per edictum proscibit. Domitianus eos, qui de genere Dauid erant, interfici præcepit vt nullus Iudæorum regum reliquus esset. Domitianus in palatio occiditur, & per vespillones ignobiliter portatus sepelitur anno ætatis suæ * XXXVI.

Romanorum decimus regnauit Nerua an: I. menses IV. Senatus decreuit, vt omnia quæ Domitianus statuerat, irrita essent, & multi, quos iniuste eiecerat, de exilio sunt reuersi. Et Apost: Ioan: hoc tēpore exilio solus Ephe: fecerunt; in qua vrbe hospitio lū & amicos amantissimos habebat

Kkkk 2

Nerua

Italico Vesbius alius Vesuius, Vefenus, Vesuius. Vide Synonymiam Ortelii. De Vesuuii eruptione Sueton. Tit. cap. 8 Dio in Tito. Plin. Epist. ad Tacit. Caput 37. De Domitiano Cæsare.

al. 30.

Nerua morbo periit in hortis Salustianis anno ætatis suæ 72. cum iam Traianum adoptasset in filium. Traianus Agrippinæ in Gallijs Imperator factus, natus in Hispania.

Romanorum vndecimus regnavit **TRAIANVS** annos XIX. menses VI. Decreto Senatus Nerua in Deos relatus. Ioannes Apostolus vsque ad Traiani tempora permanfit. Traianus de Dacis & Scythijs triumphauit, Traianus victo rege Decibalo Daciam fecit prouinciam: Iberos, Sauro-matas, * Ruinus, Arabes, Bosphoranos, Colchos in fidem accepit. Seleuciam, Ctesiphontem, Babyloniamq; occupa- uit. Romæ aurea domus incendio conflagrauit. Terræ motu quatuor vrbes Asiae sunt subuersæ. Traianus aduersus Christianos persecutionem mouens, multos Christianos interfecit. Traianus Armeniã, Assyriam, Mesopotamiam fecit prouincias. Traianus profluuio ventris extinctus est anno ætatis suæ * LXIV. mense IX. die IV.

al. Afrinas, quidam Cro-neos, quidam Hordroenos nominant hic sunt qui Agarenos ex Dione legant.

al. 67.

Romanorum duodecimus **ADRIANVS** in Hispania natus consobrinæ Traiani filius fuit. Adrianus Alexandriam subuersam à Romanis, publicis restaurauit expensis. Adrianus Traiani inuidens gloriæ, de Assyria, Mesopotamia, & Armenia, quas ille prouincias fecerat, reuocauit exercitus. Adrianus Iudæos rebellantes capit. Senatus Traianum in Deos refert. Adrianus in vtraq; lingua eruditus benigniter tributa urbium plurimarū relaxauit, * polepticis publicis incensis plurimos à tributis liberos fecit. Adrianus edictū dedit, sine obiectione criminum Christianos non condē- nandos. Imperator Adrianus pater patriæ appellatur, & vxor eius Augusta. Adrianus bibliothecam miri operis extruxit. Iudæis rebellantibus Adrianus mittit ad reprimendum exercitum eorum: quæ rebellio finem accepit; & ita oppressi sunt, vt ex eo tempore etiam eis introeundi
in

al. polepticis. Corrige tu has voces ex Dione & Spartiano qui de Syngraphis incensis multa.]

in Ierusalem sit licentia ablata. Primus ex gentibus Ierofolymis tunc constituitur Marcus Episcopus, cessantibus his qui fuerant ex Iudæis. Adrianus morbo moritur sexagenarius.

Romanorum XII I. regnavit Titus, cui nomen ANTONINVS PIVS, annos XXII. menses * III. cum liberis suis Aurelio & Lucio. Antoninus pater patriæ appellatur. Antoninus Pius in villa propria XII. ab vrbe milliario moritur, anno vitæ septuagesimo septimo.

Romanorum XIV. regnavit MARCVS ANTONINVS annis XIX. mense vno. cum quo consortes fuerunt regni * Lucius Aurelius & Commodus. Hi primum æquo iure imperium administrauerunt; cum vsq; ad hoc tempus singuli Augusti fuerint. Lucio Cæsare Chénis sacrificante, ignis in cælo ab oriente in occidentem ferri visus. Lucius Cæsar de Parthis cum fratre triumphauit. Plurimi in Gallijs gloriose ob Christi nomen interfecti. Lucius Imperator anno regni sui nono in Concordia apoplexia extinctus est, sedens cum fratre in * cubiculo. Pseudoprophe-
 tia quæ Cata-Phrygas nominatur, accepit exordium. Tanta vndiq; tunc fuit inundatio gētium, vt totus Romanorum exercitus ad internecionem delectus fuisset. Imperator Antonin^o multis aduersum se nascentibus bellis sepe ipse intererat; sæpe duces nobilissimos destinabat. Semel * pertinaciter exercitū conflegebat in Gothorum regione; & oppresso pluua diuinitus missa est; cum e contrario Germanos & Sarmatas persequeretur imber. Christianis militibus fortiter deprecantibus ad extinguendā sitim illorum hoc fuit præstitum. Antoninus Commodū filium suum consortem regni facit. Descriptiones iniqvas in foro incendi iubet. Leges seueriores integra emendatione instituit. Antoninus post victoriā in editione munc-

Kkkk 3 rum

al menses 4.

* al. Lucius & Aurelius Commodus. Hic sollicite m. f. var. lect. noto, propter ingen. resdissenfiones de nomenclatura horum Imp. de qua Baron. ann. 1633. † Capitolin. in Marco habet: in vehiculo.

al. pertinaci exercitu cum eo in Gothorū regione oppressus.

nerum mirificus fuit. Smyrna vrbs Asiæ terræ motu ruit. Antoninus in Pannonia morbo periit.

Commodus.

Romanorum xv. regnavit **COMMODOVS** annis xiii. Commodus de Germanis triumphavit. Commodus Imperator Colossi capite sublato suæ imagini caput iubet imponi. Commodus multos nobilium interfecit. Incendio Romæ facta, palatium, ædes Vestæ, plurimæq; vrbs pars solo æquantur. Commodus strangulatus in domo Vestali moritur.

Caput 38.

Romanorum xvi. **Ælius** regnavit menses vi. **PERTINAX** cognominatus: qui obsecrante vxore sua Augusta, vt filium suum Cæsarem appellaret, cōtradixit: sufficere, dicens, quod ipse regnaret inuitus. Occiditur in palatio, **IULIANI** iurisperiti scelere, quem postea **Seuerus** apud **Miluium** pontem interfecit.

Romanorum xvii. regnavit **SEVERVS** annos xix. **Seuerus** Parthos & Auaros superavit. **Severo** imperante thermæ **seuerianæ** Romæ factæ. Persecutio in Christianos facta. * **Leonides** gloriose martyrium accepit. **CLAUDIO ALBINO**, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud **Lugdunum** interfecto, **Seuerus** in Britannos bellum transfert, vbi recepta maxima eiusdem prouinciæ parte, murum per centum triginta quinq; millia à mari ad mare duxit. **Seuerus** moritur **Eboraci** in Britannia.

Caput 39.

Romanorum xix. regnavit **ANTONINVS** cui nomē **CARACALLA**, **Severi** filius an. vii. **Antonin⁹** Romæ thermas sui nominis **antoninianas** edificavit. Tam impatiens fuit suæ libidinis, vt **nouercam** suā **Iuliam** vxorē duceret. **Antoninus** interficit an. ætatis suæ xliv.

Romanorum xix. **MACRINVS** regnavit anno vno. Interficatur in **Archelaide**.

Roma.